

6812. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: MARGINALIEN IN NICOLAUS VIGELIUS, METHODUS UNIVERSI JURIS CIVILIS

Vorläufige Datierung: [1695]

Überlieferung:

- 5 *LiH* Marginalien in N. VIGELIUS, *Methodus universi juris civilis* (Ausgabe Frankfurt 1628):
HANNOVER, *Leibniz-Bibl.*, Verlust.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 642–643.

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

- [Anhaltspunkte zur Datierung:] Leibniz dürfte sich im Jahre 1695 mit der *Methodus universi juris civilis* (in der
10 Ausgabe Frankfurt 1628) von Nicolaus Vigelius beschäftigt haben, mit einem besonderen Schwerpunkt auf
dem letzten Kapitel des Buches (lib. 25, cap. 19: *De regulis juris*, Sp. 1922–1925). Davon zeugen Margi-
nalien in einem heute verschollenen Handexemplar der Leibniz-Bibliothek in Hannover, das Gaston Grua
noch vorgelegen hat (unser Stück), ein abgebrochener, verworfener Ansatz (N. 6814) sowie die Ausführ-
15 ung seiner Anmerkungen zum genannten Kapitel (N. 6816).

- Die Datierung ergibt sich aus weiteren Notizen, die auf dem Blatt des abgebrochenen Ansatzes folgen
und die sicher auf Januar 1696 zu datieren sind. Auch das mehrfach belegte Wasserzeichen des Papiers
dieser Notizen stützt eine Datierung auf 1695.

- Leibniz hat Vigelius' Schriften seit seinem Jurastudium gekannt und Vigelius stets hochgeschätzt, wie
aus seiner einleitenden Bemerkung zu einem weiteren Auszug aus der *Dialectica juris civilis libri tres*
20 (Basel 1575; Auszug aus der erweiterten Ausg. Basel 1620) hervorgeht: »Praeclarus est liber, ut hujus viri
omnia.« (N. 6800, am Anfang).

- In dem heute als Verlust gekennzeichneten Handexemplar von N. VIGELIUS, *Methodus universi juris
civilis* (in der Ausgabe Frankfurt 1628), das Grua noch vorgelegen hat, hat Leibniz ausführliche Margi-
nalien zum letzten Kapitel des Buches (lib. XXV, cap. 19: *De regulis juris*, Sp. 1922–1925) gemacht, die er
25 dann in den beiden Folgestücken weiter ausgearbeitet hat. Wir edieren diese Marginalien nach dem Text
von Grua.

[Thematische Stichworte:] regulae juris; jus civile

[Einleitung:] —

- [Sp. 1922] Regula est, quae rem quae est breviter enarrat: non ut ex regula ius sumatur, sed ut ex iure quod
30 est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, et (ut ait Sabinus) quasi causae coniectio: quae
simul cum in aliquo viciata est, perdit officium suum. [...] [Sp. 1923] Regulae itaque appellatione hic
significantur prima iuris principia, seu generalissimae quaedam sententiae, quales in sua arte Dialectici Maximas
vocant.¹ [...] Ex hisce generalissimis sententiis ius agendi non sumitur, quamvis ex iure agendi istae colligi

¹ *Leibniz bemerkt*: Multum interest inter juris principia et regulas topicas.

- 35 29–31 Regula ... suum: vgl. Paulus, Dig. 50, 17, 1.

possint. Sit exempli gratia regula² haec: Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. [. . .] Si enim ex ista regula, quae ex naturali iure descendit, actio daretur, edictum praetoris supervacuum esset, quod dictu est absurdum,³ *l. in causae. 16. in prin. ff. de minor. 25. annis*. Et alibi ostendi, ex mero⁴ iure naturali, nisi iure civili adiuvetur, non dari actionem.⁵ [. . .] Similis ratio est exceptionum. Nam exceptio Senatusconsulti Macedoniani, licet optima ratione sit introducta: tamen ante Senatusconsultum illud, quamvis eadem ratio esset, non dabatur.⁶ 5 [. . .] Sed et de replicationibus, quae et ipsae nihil aliud sunt, quam exceptionum exceptiones, nec non de duplicationibus et triplicationibus idem dicendum. [. . .] Hinc Cicero *lib. de Oratore* scribit, In iure civili doceri nos non infinitis concertationumque [Sp. 1924] plenius disputationibus, sed autoritate nutuque legum. Alioquin si deficientibus legibus specialibus, ex generalibus rationibus seu regulis (quemadmodum hodie fieri solet) exceptiones, replicationes, duplicationes et sic deinde sumamus, et ubi lex non distinguit, nos distinguamus: 10 nihil habebimus certum in toto iure civili.⁷ Nihil est enim, quod, si ingenii nervos intendas, aliqua ratione⁸ non possit vel confirmari vel labefactari: [. . .] Ecce quamvis nihil tam congruum sit fidei humanae, quam ea servare quae inter eos placuerunt, *l. 1 in pr. ff. eod. tt.* tamen non aliter Paulus ex pacto actionem concedit, nisi speciali aliqua lege adiuvetur.⁹ [. . .] Quamvis autem ius actionis, exceptionis vel replicationis ex regulis generalissimis sumendum non sit: tamen in caeteris quaestionibus, quarum ius magis ex arbitrio iudicis, quam ex legum 15 autoritate pendet (*de quibus in libello meo de iudicandi ratione, cap. 9. dixi*) potest iudex in decernendo et deficiendo iure causae regulas istas sequi¹⁰ [. . .] Hoc commune est tam regulis generalibus, quam legibus specialibus, ut per exceptiones oppositas elidantur: quod hic dicit, Perdit officium suum. Quod idem est¹¹ ac id quod alias dici solet, Generi per speciem derogari: *l. 80. ff. de regulis iuris*. et quod Ulpianus: Omnis definitio (inquit) in iure civili periculosa est. 20

² *Leibniz bemerkt*: Haec regula non nisi topica est, cui opponitur: qui jure suo utitur, nemini facere injuriam. Itaque alienatio in fraudem alterius, etsi aequitati contraria, ideo non facit actionem, quia ex jure naturae stricto actiones descendunt, non ex aequitate. Recte tamen faciunt leges, cum etiam ex aequitate aliquando dant actionem, idque hic factum est.

³ *Leibniz bemerkt*: Imo non semper 25

⁴ *Leibniz bemerkt*: Nudo

⁵ *Leibniz bemerkt*: Ex nudo quoque naturae jure datur actio, si strictum sit; non si laxum, quod simplici aequitate continetur. Si vera esset sententia auctoris, nulla daretur actio jure gentium aut inter gentes, et sublatum esset jus feciale.

⁶ *Leibniz bemerkt*: Aliud est ratione introduci, aliud juris necessitate. 30

⁷ *Leibniz bemerkt*: An ergo apud gentes legibus carentes non darentur actiones et judicia?

⁸ *Leibniz bemerkt*: Aliqua ratio ad actiones caeteraque remedia non sufficit.

⁹ *Leibniz bemerkt*: De pacto nudo satis adhuc dubium est an jure naturae detur actio.

¹⁰ *Leibniz bemerkt*: Etiam topicis adjuvatas 35

¹¹ *Leibniz bemerkt*: Nescio an ea mens jurisconsulto

1 Non . . . inferri: Papinianus, Dig. 50, 17, 74.

7 Cicero . . . legum: vgl. CICERO, *De oratore*, I, 194.

19 Generi . . . iuris.: vgl. Papianus, Dig. 50, 17, 80.

21 f. qui . . . injuriam: vgl. Gaius, Dig. 50, 17, 55.

1–3 Si . . . annis: vgl. Ulpianus, Dig. 4, 4, 16.

13 f. *l. 1 in pr. ff. eod. tt.*: vgl. Paulus, Dig. 2, 14, 1.

19 f. Omnis . . . est: Iavolenus, Dig. 50, 17, 202.